UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Universitätsbibliothek Paderborn**

# Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

**Venetiis, 1579**

Eiusdem quarti tractatus de sacramento Eucharistiæ particula secunda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

Visual Library

## ¶ Quibus Euchariſtię Sacramentum diſpenſandum ſit, ⁊ quibus non. Cap. 77.

DIcto ſuperius qualiter ſacratiſſimo corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit rite conſecrandum: reſtat nūc dicendū quibus, ⁊ qualiter ſit diſpenſandū. Ubi primum notandū, q̄ ſacerdos ex debito officij ſui debet ſuos parochianos ⁊ ſubditos diligētius verbo ⁊ exēplo informare, ⁊ inducere ad deuotionem tanti, tamque ſalutiferi ſacramenti. De cele. miſſ. ca. Sane. Nam in immenſitate tanti ſacramenti oculus caligat rationis: Credere enim iubemur, diſcutere prohibemur: ſed ſufficit q̄ S. Ro. Eccleſia credit, eos ad credēdum inducat: ⁊ q̄ ab ea deuiare nec in vita nec in morte intendant, vt accedat quod legitur. 24. q. 4. Duo iſta. De hęre. ca. Ad abolendam. ⁊ eo. tit. cap. ſuper eo. lib. 6. Aduertendum eſt autem, q̄ ſacerdos propter periculum effuſionis ſanguinis Chriſti, nō communicat populum de ſanguine ex calice. Sed hoc nihil refert, quia in hoſtia conſecrata eſt totus corpus, ⁊ totus ſanguis, anima ⁊ diuinitas Chriſti: ⁊ ſimiliter in calice, conſecrato, ſanguine, eſt totus Chriſtus, ſicut in hoſtia, vt prędictum eſt. Sacerdos autem rationabiliter ſuſcipit vtrūqꝫ in miſſa: quia hoc facit in memoriaꝫ paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti: in qua totus ſanguis Chriſti fuit a corpore ſeparatus, ⁊ in terra ſparſus.

## ¶ Quę ſint quę impediant communicandum. Cap. 78.

SAcerdos igitur ſacrm̄ dn̄ici corporis diſpenſaturus, debet illud dare oībus Chr̄i fidelibus, ſaltem ſemel in anno, poſt quā ad annos diſcretionis peruenerint, tam maſculis q̄ fęminis. De pęn. ⁊ re. c. oīs vtriuſqꝫ: niſi aliqđ impedimentū occurrat. ¶ Impedimenta autē ſunt iſta. ¶ Primo, oīs hęreticus, ſchiſmaticus, excōicatus. 1. q. 1. c. Reperiuntur. Simoniacus, publicus 9cubinarius, ⁊ notorius peccator, vcꝫ, 9feſſus, vel conuictus, vel dānatus de crīe, ita q̄ nulla poſſit tergiuerſatione celari, non eſt cōicādus, ſi in talibus perſeueret: q2 hoc ſacrm̄ dandū eſt pęnitentibus, ⁊ non perſeuerantibus in pctō. Nā ex inſtitutione eccleſię nullus debet cōicare, niſi prius 9fiteatur. c. oīs. de pęni. ⁊ re. ſupra alleg. Un̄, qn̄ ſacerdos ſcit aliquem publicum pctōrem, non debet eū cōicare, niſi 9ſtet de emendationis ꝓpoſito. Si aūt ſciuerit pctm̄ ſubditi ſecretum, ⁊ ille in paſcha petit

cōionem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cōionem in publico, ex officio tenetur ipſum cōicare. ext. de of.
ord. c. ſi ſacerdos exemplo Chrī, qui Judam cōicauit: quē ſcie-
bat eſſe traditorē. ¶ Scdo, non eſt cōicandus hyſtrio, magus,
ſcenicus, leno, ⁊ alijs publicis ⁊ iniuſtis actibus deſeruientes.
De conſ. di. 2. pro dilectione. ¶ Tertio, pueris ante annum di-
ſcretionis, ⁊ amentibus ⁊ furioſis non eſt dandum hoc ſacrm.
Si tñ furioſus habet lucida interualla, ⁊ deuote petit ſacrm ſu-
perueniente furia pōt cōicari: niſi timeatur de vomitu, vel ſpu-
to, vel alia irreuerentia ſacri. 26. q. 6. cap. is qui. Idem dicendum
de phreneticis. ¶ Quarto, infirmāti ⁊ petenti ſacrm, ſi timetur
de vomitu, non debet dari. predicto c. Is qui. ¶ Quinto pollu
to pollutione nocturna, que puenit in cauſa pcti mortalis, pu-
ta, qr ↄſenſit in cogitationē turpem carnalem, vel quia ſtudioſe
inebriatus eſt, vel crapulatus: ſi ex aliqua iſtarū cauſaruz ſequit
pollutio: prohibendus eſt a cōione. Si vero ex demone, vel in-
firmitate, vel purgatione nature hoc euenit: non eſt ei denegan
da coio. ¶ Sexto ↄiugati debent per triduū ante ſacri cōionē
abſtinere ab actu carnali. De conſ. di. 2. c. oīs homo. Qui ſi vo-
luptate ducti inuicem miſcentur, prohibendi ſunt a cōione. 33.
q. 4. c. vir cū propheta. Similiter ſi i delectatione, ebrietate, vel
crapula non fuit deliberatio: ↄuis fuerit pctm veniale non de-
bet ei denegari ſacrm. Melius tñ eſſet pro tali die abſtinere a
cōione. ¶ Septimo, prohibenē a cōione pugnantes in duello.
2. q. 5. ca. monomachiā. ⁊ non debet ei dari coio. ¶ Octauo, nō
ieiunis: niſi in neceſſitate. De cōſ. diſt. 2. c. liquido. 7. q. 1. ca. nihil.
Non impedit cōionez, ſiquis lauando os, aliquid cibi, qd inter
dentes remāſerat, vel modicū aque deglutiret, qr per modū ſa-
liue illud accepit: ⁊ ↄtra voluntatē deglutiuit. Siquis ante me
diā noctē cibuz ſumpſerit, ſiue dormierit, ſiue non, pōt cōicare.
Si vero poſt mediā noctē, nō pōt: niſi in mortis periculo ↄſtitu
tus. Hec S. Tho. in 3. par. q. 30. ¶ Dandum eſt aūt hoc ſacrm
perſonis fidelibus, puris, ⁊ ſine pctō mortali exiſtentibus: quia
ſacrm purū eſt: ideo pure a puris ſumēdū eſt: qr q aliter ſumit,
indigne ſumit: ⁊ q māducat ⁊ bibit indigne hoc ſacrm, iudiciū
ſibi manducat ⁊ bibit. 1. Cor. 11. Demoniacis ſi illud deuote pe
tāt dari dz: qr poſſet eſſe cauſa ſue liberationis. Mulieri puer-
pere, vel menſtruū patiēti dari debet: ſed melius eſt ſuperſede-
re

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re vſq; ad purificationē, ꝓꝑ reuerentiā ſacri. Leproſis ēt ⁊ mor-
bo Gallico laborantibus, corroſis ⁊ conſumptis labijs ⁊ denti
bus, ſi timetur de periculo eiectionis, dari non debet, alias cōi-
candi ſunt. Cōicandi ſunt ēt condemnati ad mortem, ēt hęreti-
ci, ſi illud deuote petunt. 13. q. vlt. c. ſi. de pę n. ⁊ remiſ. c. 1. in clem.
Si aūt hęc non poterunt, credant in Chr̄m: quia hoc eſt ſpūa-
liter manducare. De conſec. diſ. 2. cap. vt quid paras. Excōicato
nunq̄ꝫ dari debet corpus Chriſti: niſi in articulo mortis, ⁊ illud
deuote petenti: abſoluto eo pri⁹ ab excōicatione: ⁊ pręſtita cau
tione ſatisfactionis, ſicut tenetur: ⁊ ēt pręſtito iur̄o ſacerdoti: q
ſi ſanabitur, pn̄tabit ſe illi, qui eum pōt abſoluere. Quod ſi non
fecerit: reincidit in eandem ſn̄iam excōicationis. Siquis excōi
catus, vel notorius peccator mittit pro confeſſore vt cōfiteatur,
⁊ interim amittit loquelam, ſi oſtendit ſigna contritionis facta
fideiuſſione a parentibus vel amicis, abſoluetur ⁊ communica-
bitur. Idem fiat ſi ſenſum perdiderit, ⁊ probari poſſunt ſigna
contritionis. Hęc ex ſacris Theologis in 4. ſentē. excerpta ſunt.

¶ **De triplici euchariſtię ſacramenti ſumptione. Cap. 79.**

TRes eſſe huius ſacramenti ſumendi rōnes ex patrum tra-
ditione docuit ſacra Tridentina Synodus. Seſſ. 3. cap. 8.
Primo ſacramentaliter tm̄, quo modo pctōres ſumūt, qui ſine
debita aīę corporiſq; ꝑparatione ſumere audent, atq; hi nullos
ex ſacramento fructus percipiunt, imo damnationē. Secundo
ſpūaliter tm̄, atq; ita ſumunt illi, qui deſiderio ac voto propoſi
tum illū cęleſtem panem edunt, qui tametſi non oēs, maximos
quidem vtilitatis fructus fide viua, quę per dilectionē operaꝉ,
inde percipiunt. Tertio ſacramentaliter ⁊ ſpūaliter: hoc modo
ſumunt, qui adhibita debita pręparatione ad hoc ſacramen-
tum ſumendum accedunt, hiq; ampliſſimos atque vberrimos
ex ipſo fructus conſequuntur.

¶ **Modo communicandi populum in eccleſia, tam in Paſcha, quam in alijs diebus. Cap. 80.**

CIrca formam cōicandi populum in eccleſia, hic ritus ſer-
uandus eſt. Sacerdos reconciliatis pęnitentibus, ſe de-
bet ad miſſam pręparare, ⁊ tot particulas conſecrare, quot po-
pulo ſuo ſufficere credit. Finita miſſa, retentis paramentis, vel
ſi non celebrauit, pro tunc indutus ſuperpelliceo cum ſtola, ce-

reis accenſis, conuerſus ad cōicandos genuflexos coram alta-
ri, facto primum ſigno crucis ſuper ſe, ⁊ admonitis oībus, q̄ ſe
ſignent faciat eos dicere Confiteor, ſicut in miſſa dī. Vel ſi ma-
gis expediens iudicauerit faciat eis confeſſionem, ſicut hi ſu-
pra in cap. de ritu celebrandi miſſam, poſt offertorium. Cap. 22.
fol. 80. Finito Confiteor, vel predicta confeſſione, ſacerdos di-
cat. Miſereatur veſtri oīps deus: ⁊ dimiſſis oībus peccatis ve-
ſtris, perducat vos cum oībus ſuis ſanctis in vitā eternā. Amē.
℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oremus. Ora.

Deus, cuius indulgentiam omnes rogamus, memento fa-
mulorum famularumq; tuarum, qui lubrica terreni cor-
poris fragilitate nudati ſunt: da queſumus, veniam confitenti-
bus parce ſupplicibus: vt qui ſuis meritis accuſantur, tua mi-
ſeratione ſaluentur. Per Chriſtum. Oremus. Oratio.

Deus miſericordie, Deus pietatis, Deus indulgentie, in-
dulge, queſo, ⁊ miſerere his famulis ⁊ famulabus tuis:
vt delictorum, que nobis coram te ſuo ore confeſſi aperuerunt,
nulla in eis macula reſeruetur in terris: ⁊ per penitentie luctū
ad tua mereantur venire promiſſa, per Chriſtum. Oratio.

Dominus nr̄ Jeſus Chriſtus, qui dixit diſcipulis ſuis, que-
cūq; ligaueritis ſuper terrā, erūt ligata ⁊ in celis, ⁊ que-
cunq; ſolueritis ſuper terrā, erunt ſoluta ⁊ in celis: de quorum
numero, q̄uis indignos, nos eſſe voluit: ipſe vos abſoluat per
miniſterium nr̄m ab oībus pctīs veſtris: q̄cunq; cogitatione,
vel locutione, aut operatione negligenter egiſtis: atq; a nexib⁹
pctōrum veſtrorū abſolutos perducere dignetur ad regna ce-
lorū. Qui viuit ⁊ reg. Tunc ſacerdos conuerſus ad altare, incli-
nans ſe profunde coram ſacro accipiat particulas ſuper pate-
nam: ⁊ vnam in manibus accipiens oſtendat oībus, dicēs. Di-
catis oēs, ſicut ego dico. Dñe non ſum dignus, vt intres ſub te-
ctum meum, ſed tm̄ dic verbo ⁊ ſanabitur aīa mea. Et repetat
ſcdo ⁊ tertio eadem verba in vulgari. Quo tertio repetito, det
corpus dñi oībus ſucceſſiue dicēdo. Corpus dñi nr̄i Jeſu Chri-
ſti cuſtodiat, ⁊ perducat te in vitam eternam. Faciendo ſignū
crucis cum hoſtia ſuper ſingulos. Et ſic cōicet oēs, qui ſunt in
primo ordine. Qui poſteaq̄ ſacrm̄ ſumpſerint, ſurgāt, ⁊ alij ve-
niant: ⁊ ſicr̄ cōicent. Et poſtq̄ cōicauerint, accipiant ablutionē

ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et calice, quem aliquis miniſter tenebit a dextris altaris panno involuto pede calicis, ad quẽ oẽs tergunt os ſuum. Et ſic purificati genuflectant corã altari donec oẽs fuerint cõicati. Quo facto ſacerdos ſuper eos dicat. ℣. Oſtende nobis dñe miſericor. ℟. Et ſalutare tuũ da no. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

DEus qui nobis ſub ſacro mirabili paſſionis tuę memoriã reliquiſti, tribue, quęſumus, ita nos corporis ⁊ ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tuę fructũ in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis ⁊ reg. Oremus. Oratio.

SPiritum nobis dñe tuę charitatis infunde, vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ⁊c. ℟. Amen. Poſtea benedicat eis dicens. Et benedictio Dei omnipotentis, pa✠tris ⁊ fi✠lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, ⁊ maneat ſemper. Amen. Quo dicto ſi tunc celebrauit dicat euangelium. In principio. Et eo dicto, omnes recedunt.

## ¶ Ordo ad communicandum infirmum. Cap. 81.

CUm aliquis infirmus fuerit cõicandus, ſacerdos pulſare faciat campanã, aliquot ictus dãdo ex vna ſola parte cãpane ad conuocandos conuicinos, qui volũt ſociare corpus Chri. Quibus ↄgregatis ⁊ intortitijs accenſis ſacerdos cum ſuperpelliceo, ſtola, ⁊ pluuiali paratur, ⁊ duo clerici: quorum vnus portet laternam cum lumine, ⁊ alter aquam benedictã, ⁊ cãpanulam, ⁊ libellum proceſſionalẽ: qui habeant ſuperpellicea. Et accipit ſacerdos corpus domini reuerenter, ⁊ ponit duas particulas ad minus in tabernaculo, quod pãniculo ſerico cooperit: hñs pannũ ſericũ longũ ſuper ſpatulas ſuas: ⁊ portans corpus dñi añ faciẽ ſuã eleuatũ, vadit ad domũ infirmi: ⁊ poſt eũ alter clericus q portat laternã, ſequat: ⁊ ſi fieri põt, put Romę fit quatuor pſonę deferãt baldachinũ ſup corpus dñi ⁊ ſacerdotẽ. Poſtea ſacerdos, ⁊ alij q portãt intortitios, deĩde alij mares, ⁊ fęmine ſequant. Interim ĩ camera infirmi paret locus aliqs, q ſit coopertus mappa albiſſima: ſup quo ſacerdos poſſit reclinare tabernaculũ corporis Chri. Ibi ẽt pareat cyathꝰ cũ vino ⁊ aqua. Ingreſſus ſacerdos cũ corpore Chri cameram dicit, Pax huic domui. ℟. Et oĩbus habitãtibus in ea. Deinde depoſito tabernaculo

naculo ſuper locum paratum, accedens ad infirmum aſpergat
eum aqua benedicta, dicens Añam. Aſperges me. ps. Miſere-
re mei Deus. Gloria. ⁊ repetitur Aña Aſperges me. Qua re-
petita dicat ſacerdos. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus
ſperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de ſancto. ℟. Et de
Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius
iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto ei dñe turris forti-
tudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaud. ℟. Et cla. ℣. Dñs
vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus infirmitatis humane ſingulare preſidium, auxilij tui
ſuper infirmũ famulũ tuum oñde virtutem: vt ope miſeri
cordie tue adiutus, eccleſie tue ſancte incolumis repñtari me-
reatur. Per Chřm. Deinde infirmus dicat. Confiteor. ſi ſcit
vel ſacerdos faciat ei confeſſionẽ ſicut ſuperius in ordine cele-
brandi miſſam. fol. 80. Poſtea dicat Miſereatur ⁊ Indulgẽ-
tiam. Poſtea abſolutionem, Dñs Jeſus Chriſtus. vt ſupra in
generali cõione. ca. immediate precedenti. Poſtea ſacerdos ele-
uet corpus dñi de pyxide vel calice, ⁊ oſtendat infirmo, dicens.
Credis q̃ hic ſit Chriſtus ſaluator mundi? Quo dicente, Cre-
do, Dicit ſacerdos Dic ſicut ego dico: Dñe non ſum dignus
vt intres ſub tectũm meum: ſed tm̃ dic verbo ⁊ ſanabitur ani-
ma mea. Quo dicto ter, ſacerdos dans infirmo euchariſtiã di-
cat Accipe frater vel ſoror viaticũ corporis dñi nři Jeſu Chři
qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, ⁊ perducat in vitam eternã.
Amen. Poſtea ſacerdos lauet digitos ſuos cum vino puro ⁊
aqua, ⁊ tradat infirmo lotionem nihil dicens. Peracta cõione
ſacerdos dicat ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℣. Dominus
vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine ſancte, pr̃ oĩps, eterne Deus: te fideliter depreca-
mur: vt accipẽti fratri noſtro vel ſorori noſtre ſacroſan-
ctũ corpus dñi nři Jeſu Chři filij tui tã corpori, q̃ aïe proſit ad
remediũ ſempiternũ. ℟. Amẽ. Et hoc dicto, iterum aſpergat
aquam benedictam, ⁊ dicat Dñs vobiſcum. Oremus. Oratio.

Exaudi nos dñe ſancte, pr̃ oĩps, eterne deus: ⁊ mittere di-
gneris ſanctũ angelũ tuũ de celis: qui cuſtodiat, foueat,
protegat, viſitet, atq̃ defendat oẽs habitantes in hoc habitacu-
lo. Per Chriſtum. ℟. Amen. Quo dicto reuertatur ad eccle-
ſiam.

ſiam, dicendo ps. Miſerere mei Deus. Reuerſus igitur ad ec=
cleſiam ſacerdos cum corpore dñi, dum fuerit ante chorū, vel
ante altare ſacri, vertat ſe ad eos, qui ſacrũ aſſociauerunt ge=
nuflexos, ⁊ faciat eis breuem confeſſionem ⁊ abſolutionẽ, ⁊ an=
nunciet indulgentiam dierum ducentorū illis, qui ſacrũ cum
lumine ſunt proſecuti: qui vero ſine lumine centū dies ꝑ quoli
bet. Poſtea dicit ſuper eos orõnem. Dñs vo. Oremus. Oratio.

Deus, qui nobis ſub ſacramẽto mirabili paſſionis tuę me=
moriam reliquiſti, tribue, quęſumus, ita nos corporis ⁊
ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redẽptionis tuę fru=
ctum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis ⁊ regnas per om=
nia ſecula ſeculorum. Amen.

Poſtea eleuato tabernaculo cũ corpore domini, faciat ſignum
crucis ſuper eos omnes, ⁊ reponat ſacramentum in loco ſuo.

¶ Caueat ſacerdos, ꝙ non det corpus Chriſti alicui infirmo,
niſi fuerit in bono ſenſu, ita ꝙ cognoſcat illud bene ⁊ aperte, ꝙ
quantumcunque infirmus confeſſus fuerit peccata ſua. Sacer=
dos communicato infirmo, debet eis bonis verbis perſuadere,
ꝙ ſi neceſſe fuerit, detur ſibi ſacramentum extremę vnctionis.

¶ Si eṗs infirmatur, ⁊ vult corpus dñi poſt cõfeſſionē ſume=
re ſacerdos celebrans miſſam pro eo in camera, faciat oẽs cę=
remonias pręfatas, excepto ꝙ reſeruat particulam pro epiſco=
po, ⁊ non totum ſanguinem ſumit, ſed partem eius reſeruat pro
eṗo, quam poſt corpus dñi ei dat. Sacerdotes aũt infirmi, quã=
do cõicant, debent habere ſtolam a collo pendentem, ⁊ ſic cõi=
care debent. 23. diſt. c. eccleſiaſtica. Alia omnia, vt ſupra ſeruan=
tur. Sacerdos parochialis debet viſitare infirmos ſępe. De ce=
leb. c. 1. ⁊ ſtare ieiunus vſque ad horam congruam celebrandi: ⁊
ſi celebrat, non debet ſumere purificationem ꝑꝑ neceſſitatem. ſ.
poſſibiliter occurſuram, niſi aliũ habeat: per quē poſſit ſupple
re: vt no. Panor. in d. ca. ¶ Item ſacerdos parochialis põt ſa=
cra conferre peregrinis ⁊ hoſpitibus confluentibus ad eccle=
ſiam ſuam: ſm Panor. in d. ca. 1. ⁊ mortuos ibidem ſepelire: ni=
ſi alibi elegerint ſepulturam: ⁊ eo caſu debet habere quartam.

¶ De cuſtodia ſacramenti eucharíſtię. Cap. 82.

Vltimo dicendum eſt de cuſtodia ſacramenti Eucharíſtię,
quę maxima cũ reuerentia ⁊ cuſtodia ſub clauibus firmiſ=

D ſimis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſumis debet conſeruari, ne ad manus maleficorum deueniat: ne, quod eccleſię, ⁊ chriſtiano populo datū eſt ad ſalutem, diabolo operante ad perniciem conuertatur. de celeb. miſſ. ca. Sane. De cuſto. eucha. ca. Statuimus. ❡ Sacerdos autem in hoc negligens, ſi per eius incuriam ⁊ malam cuſtodiam corpus domini fuerit male expoſitum, debet tribus menſibus ab officio ſuſpendi: ⁊ ſiquid nefarium inde factum fuerit, maiori pęna eſt puniendus. Aduertat ēt ſacerdos, ne hoſtię conſecratę in magno numero pro conſeruatione conſecrentur, ne corrumpātur a vermibus: ⁊ adeo firmo vaſe includi debēt, ne a muribus corrodantur: ⁊ in ipſo vaſe lineus panniculus, qui purificatorium dr̄, ponatur: in quo hoſtię reponantur, vt melius conſeruentur. Sępius autem mutandę ſunt hoſtię: antiquę ſumendę ſunt, ⁊ recentes conſecrandę. Quod ſi aliquando a vermibus corroduntur, ſi ſpecies integrę remanent: quia ibi eſt corpus Chriſti, reuerenter ⁊ diligenter a vermibus ſunt purgandę, ⁊ ſumendę: vermes vero comburendi ſunt ſuper patenam: ⁊ cineris in ſacrario reponi debent. Debet ēt ſacerdos ante corpus Chriſti tenere lampadem accenſam, quia ibidem eſt corpus domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui eſt vera lux, quę illuminat oēm hoīem venientē in hunc mundum. Jo. 1. c. Et debet ſacerdos non ſolū cōſeruare diligenter ſacr̄m euchariſtię: verum ēt oīa ad illud ordinata debet tenere munda ⁊ nitida: ſicut paramenta, calices, corporalia, altaria, ⁊ eccleſiam: alias peccat mortaliter: q̄ hoc ei in iure pręcipitur. De cuſto. euch. ca. Reliqui. Nec debet permittere in eccleſijs poni ſupellectilia, vaſa ⁊ alia ad laicos pertinentia, niſi in caſu bellorum, aut incendiorum repentinorū, aut propter alias neceſſitates vrgētes. ⁊ eo caſu ceſſante neceſſitate ad loca priſtina reportentur. ❡ Ex concil. Turon. Cap. 4. Omnis presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto ſacro dignū: vbi corpus dn̄icum diligenter recondatur, ad viaticum dandū recedentibus a ſeculo. Semperq; ſuper altare habeatur euchariſtia obſerata propter mures ⁊ nefarios hoīes: ⁊ de ſeptimo in ſeptimum diem ſemper mutetur. i. a presbytero illa ſumatur: ⁊ alia, quę eodem die conſecrata eſt, in locum eius ſubrogetur: ne forte diutius obſeruata, mucida, (quod abſit) fiat. ❡ Ex epiſtola Clementis Papę. Capit. 28. Presbyter ſemper euchariſtiam

ſtiam habeat paratam: vt quando quis infirmatus fuerit, ſta=
tim eum communicet: ne ſine communione moriatur.

## ¶ De penitentia male ſeruantis ſacramentum. Cap. 83.

Ex concil. Aurelian. c. 6. Qui negligentiam erga ſacrificiuꝫ
fecerit, vt a vermibus conſumptū ad nihilum deuenerit,
tres quadrageſimas in pane ⁊ aqua peniteat. Si integer inuē=
tus fuerit in eo vermis, comburatur: ⁊ cinis ſub altari conda=
tur: ⁊ qui neglexerint, quaternis diebus ſuam negligentiā ſol=
uant. Si cum amiſſione ſaporis decoloratur ſacrificiū. 20. dies
expleantur ieiunio. Conglutinatū vero, ſeptem dies qui in cau=
ſa ſit peniteat. ¶ Ex concil. Remen. c. 3. Corporale, ſuper quod
ſacra oblatio immolatur, ex mundiſſimo ⁊ puriſſimo linteo ſit:
nec in eo alterius generis materia precioſior aut vilior miſcea=
tur, ⁊ nunꝙ̄ ſuper altare remaneat, niſi in tpe miſſe: ſed aut in
ſacramentorum libro ponatur, aut cum calice ⁊ patena in mū=
diſſimo loco recondatur. Et quando abluitur a ſacerdote, dia=
cono: vel ſubdiacono: primo in eccleſia, in loco ⁊ vaſe ad hoc
preparato abluatur: eo ꝙ ex dominico corpore ⁊ ſanguine infe
ctum ſit. Poſt hec a lauandario niti de lotio paretur.

## ¶ Caſus prohibiti ⁊ conceſſi tempore generalis in=
## terdicti eccleſiaſtici.

Iſti aūt ſunt caſus ꝯceſſi, ⁊ prohibiti tpe generaliſ interdi
cti ſm dn̄m Jo. Andr. de Calder. Bononienſem famoſiſſi=
mū vtriuſqꝫ iuris doct. ¶ Primo ꝯferri pōt baptiſmus, cū offi
cio cathecumenoruꝫ. ¶ Item cōfirmatio pōt ꝯferri, ⁊ chriſma
ꝯfici. ¶ Item ꝑnia imponi pōt, ⁊ abſolui: remanentibus alijs
circunſtantijs. ¶ Iteꝫ infirmis pōt dari corpus Chr̄i in pre=
ſentia aſtantiū. ¶ Iteꝫ corpus Chr̄i pōt portari cum lumine, ⁊
cāpana pulſari. ¶ Item pulſari poteſt campana pro predica=
tione, ⁊ predicari. ¶ Iteꝫ nō debet pulſari aliqua campanula
pro diuino officio ad ꝯgregationem clericorum. ¶ Item non
debet pulſari aliqua campana, vel campanula pro funere.
¶ Item laici poſſunt pulſare campanam ad oſtendenduꝫ tem
pus horarum, ſicut tertiam, ⁊ nonam ⁊c. ¶ Item poteſt pulſa=
ri ad Aue maria. ¶ Item famuli ſacerdotum in eccleſia nō col
legiata poſſunt admitti ad diuina, non autem collegiata.
¶ Item ſacerdos poteſt mutare famulum ⁊ alium recipere,

vel ẽt ſi ille moreretur: dũ tñ ille electus ſic, nõ eſſet in alia ec-
cleſia collegiatus vel intitulatus. ¶ Itẽ archipreſbiteri rura-
les, q̃ conficiũt baptiſmũ, pñt accipere pſbyteros rurales. ¶ Itẽ
laici admitti pñt ad crucẽ adorandã in paraſceue. ¶ Itẽ extre
ma vnctio nõ põt dari nec laicis, nec clericis. ¶ Itẽ cõmenda
tio aĩarũ fieri põt tam laicis q̃ clericis. ¶ Itẽ põt fieri officiũ
circa ſepulturam clericorum ſed non laicorum, voce ſubmiſſa,
ſine cantu excluſis ſecularibus, non pulſatis campanis preſen
te corpore. ¶ Item clerici qui ſunt interdicti non poſſunt cele
brare, nec laici diuina audire in eccleſia extra ciuitatem, nec in
ciuitate interdicta, nec ẽt peregrini exiſtẽtes. ¶ Item mulieri-
bus pręgnantibus, vbi timetur de morte, põt dari corpus Chri
ſti. ¶ Item eccleſię pñt conſecrari ⁊ reconciliari, ⁊ altaria ſta-
tia, ⁊ viatica, ⁊ paramẽta, ⁊ vaſa ſancta, ⁊ oratoria conſecrari,
ſed tñ ſecrete. ¶ Item in quatuor feſtis priuilegiatis. ſ. Nata-
lis Dñi Paſchę, ac Pentecoſtes, ⁊ Aſſumptionis Virginis. ca.
alma. de ſen. exc. in 6. non poteſt fieri officium circa funus publi-
ce, nec clericis, nec laicis, nec debent laici in cęmeterijs ſepeli-
ri. ¶ Item in prędictis quatuor feſtis põt alia miſſa priuata cã
tari, q̃ miſſa de feſto: dummodo miſſa de feſto non omittatur.
¶ Item in prędictis quatuor feſtis clerici beneficiati non pñt
in alia eccleſia officiare, ſi aũt nõ hñt eccleſias, pñt: dico tñ nõ
collegiatã: dico ẽt ſi preſbyter non careat clerico: poteſt ẽt in
collegiata celebrare. ¶ Itẽ in prędictis quatuor feſtis, ſequens
completorium cantari non poteſt. ¶ Item clerici diuerſarum
eccleſiarum in ciuitate interdicta non poſſunt extra eccleſiam
dicere ſimul officium: extra ciuitatem tamen poſſunt: dummo-
do ipſi clerici non ſint interdicti. ¶ Item clerici poſſunt dare
ſubſtitutos, ſeu vicarios loco ſui: ſi ex hoc habent priuilegium,
vel ab homine, vel a iure dummodo non ſint officiati alibi, ſi
aũt alias, non poſſunt. ¶ Item moniales, ſeu ſorores per epi-
ſcopũ approbatę ⁊ confirmatę, non habentes propriũ ſacerdo-
tem determinatum pñt alium precio cõducere, qui eis miſſam
celebret, ipſis pręſentibus: dũmodo nõ ſint interdictę, nec ſacer
dos aliã habeat eccleſiam: ⁊ talis poteſt eis ſacra cõferre per
totum annum. ¶ Item laici interdicti non poſſunt extra ciui-
tatem cõicare, nec audire diuina: ſi autem nõ ſunt interdicti, ⁊
ex ſpe-

ex ſpeciali priuilegio ad diuina admittātur, nō poſſunt in quatuor diebus priuilegiatis communicare: nec etiaz clerici interdicti poſſunt communicare: ſi aūt non ſunt interdicti, poſſunt. ¶ Itē panis, ⁊ fructus oliue, ⁊ huiuſmodi poſſunt ſecrete benedici, ⁊ dari clericis, ⁊ laicis: in feſtis vero priuilegiatis poſſunt publice benedici, ⁊ dari. ¶ Item benedictio ſponſorum pōt fieri in die aliquo priuilegiatoruz in alijs aūt non. ¶ Itē non poteſt fieri aliquod officium mulieribus poſt partum, niſi in diebus priuilegiatis. ¶ Item fieri poteſt benedictio menſe preſentibus ſecularibus: cum non ſit de horis canonicis, nec competat ratione alicuius ordinis: poteſt enim laicus hoc facere.

¶ Finit quartus tractatus libri Sacerdotalis de Sacramento Euchariſtie.

## ¶ Incipit quintus tractatus prime partis libri Sacerdotalis. De ſacramento extreme vnctionis, ⁊ ei annexis, ⁊ conſequentibus, De materia, forma, miniſtro, effectu ſacramenti extreme vnctionis, ⁊ quibus corporis partibus dari debeat, ⁊ an debeat iterari. Cap. 1.



Extreme vnctionis ſacramentuz debet dari laborantibus in extremis. Et iſtud ſacramentū inducit mundationem a peccatis. Circa quod plura aduertenda ſunt, videlicet,

Materia, Miniſter,
Forma, Effectus,
Quibus dari debeat,
Quibus corporis partibus, Et an poſſit reiterari.

### ¶ Materia ſacramenti extreme vnctionis, que ſit. Cap. 2.

Materia huius ſacri eſt oleum oliuarum, ⁊ non aliud oleū, ab epō prius ſanctificatum, ⁊ benedictuz: Quod ſacramētum Chriſtus inſtituit qñ apoſtolos ad predicandum miſſos docuit oleo vngere infirmos. Marc. 6. Et beatus Jacobus in canonica ſua. 5. c. dicit: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſie: ⁊ orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN